



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 21. Benedicti de Sala Cardinalis decessus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

Sæc. XVIII

A. C. 1715

UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

perialium millium redditus ex Belgii Ecclesiis assignavit, qua tamen liberalitate Bullionius haud potiri valuit; paucopost enim acerbis pleuritidis doloribus obrutus, die secunda Martii anni ætatis septuagesimo primo Romæ decessit, ob præclaras animi dotes benigniore fortuna dignissimus.

## §. XXI.

*Benedicti de Sala Cardinalis decessus.*

*Guarnacc.  
Vit. Pontif.  
t. 2. p. 203.  
Vit. Card.  
l. c. p. 211.*

Alter ex Cardinalibus hoc anno decessit natus erat Benedictus de Sala nobilis Hispanus, qui sub Parentum disciplina, & Magistrorum præceptis excoluit, num plus laudis habuerit ex pietate, an literarum præstantia, dubium reliquit: Annum agebat ætatis duodecimum, cum jamjam sanctionis vitæ desiderio incitatus, Ordini Benedictinorum in Congregatione Cassinensi nomen daret, atque in Monasterio Beate Virginis de Monte Serrato solemnibus votis sese Deo obstringeret. Jussu superiorum Philosophiam & Theologiam in pluribus Ordinis sui Collegiis multos annos docuit, in ipsa Universitate Salmanticensi Doctoratus laurea decoratus, & in eadem publicè Theologiæ Professor declaratus. Tanta

ind



inde Viri fama atque existimatio percrebuerat, ut in proximis comitiis in Definitorem & Visitatorem Generalem, ac demum in Montserratensem Abbatem eligeretur. Pluribus postea aliis insignibus Cænobiis præpositus, & supremus in Hispanicis Regnis fidei Inquisitor, necnon Abbas S. Mariæ de Rivopullo & demum recusatis pluribus Infulis & præcipue Tarraconensi Archiepiscopatu ultra oblato Barcinonensis Episcopus designabatur, a Carolo III. Austriæ Archi-Duce, qui tum Cataloniam occupaverat, sanctiori Senatui adscriptus: ubi vero Philippus V. per Ultrajectensem pacem in Hispaniæ Regem assumptus fuerat, Benedictus suam Ecclesiam, quam piissimis legibus emendatam, moribus intaminatis ornauerat, relinquere coactus, Avenionem secessit, ubi non modo Pontificis, sed & Caroli Imperatoris patrocinio tutus, ad ejusdem preces a Clemente XI. inter Cardinales relatus est, & Avenione rubrum Galerum accepit, inde vero Mediolanum profectus, Abbatiam S. Dionysii sibi a Cæsare donatam possedit, religione, doctrina, animi magnitudine, & humanitate omnibus percharus: Hoc autem anno Romam contendens, frequenti ægritudine opprimebatur, ac tandem laboribus

Sæc. XVIII.  
A. C. 1715.

&



Sæc. XVIII. & senio confectus, ex iterato apople  
A. C. 1715. xiæ tactu prima Julii annos natus  
 xaginta novem Purpuram cum vi  
 exuit, sepultus in Ecclesia S. Pauli Be  
 nedictinorum extra muros.

## §. XXII.

*Quatuor Præsules a Clemente XI  
 Papa Cardinalium Collegio  
 adscripti.*

*Cimarol.  
 Memor.  
 pag. 763.  
 Orat. Con-  
 sist. Clem. XI.  
 pag. 123.*

**H**orum jacturam summus Pontife  
 nova Cardinalium inauguratione  
 die vigesima nona Maij compensabat  
 Hos inter primus erat Damianus Hug  
 S. R. J. Comes de Schönborn Cardina  
 lis Diaconus. II. Henricus Thiard  
 Bissy Meldensis Episcopus, acerrimus  
 Quesnellistarum hostis, quem summus  
 Pontifex in pleno Purpuratorum Sa  
 natu his verbis commendabat: *Ep  
 eximia in Nos, in Ecclesiam universam  
 imo & ipsam religionem Catholicam merito  
 sive pro Ecclesiastica libertate tuenda, cui  
 Ecclesiae Tullensi præesset, sive pro Ortho  
 doxæ doctrinæ veritate propugnanda, post  
 quam ad Meldensem translatus fuit, vota  
 satis comperta sunt, & nota.* III. Fa  
 bius Olivieri literarum Apostolicarum  
 Secretarius, Cardinalis Diaconus tit  
 SS. Viti & Modesti, de hoc Viro Pon  
 tifex sequens protulit elogium: *ejus ho  
 nesto*